qventia non eſt reciproca. Non enim di-ci poteſt verè: *O. qvod lucet, eſt ſtella.* Atq; ſic *vitium* inſimul eſt *in materiâ & formâ.* Qvando verò major propoſ. ſimpliciter converti poteſt, etiam valent Syllogiſmi affirmativi in ſecundâ figurâ. *Bertius log. l. 3. c. 3. p. 128.*

4. O. fur noctu ambulat:
Socrates noctu ambulat:
E. Socrates eſt fur.

Reſp. *fallacia eſt conſecutionis*, qvæ pro reciprocâ obtruditur, qvum non ſit. Nam propoſitio hæc: *O. fur noctu ambulat*, non eſt ἀντιστρέφον. *E. O. noctu ambulans eſt fur.* Non ſeqvitur.

5. Si es aſinus, eſt animal:
At non es aſinus:
E. non es animal.

6. Qvi habet eruditum Præceptorem, eruditus eſt.
Hic habet Præceptorem eruditum. E.

7. Si pluit, terra eſt humida:
Atqvi terra eſt humida:
E. pluit.